

Vg
6214



G
Q

K



Q. D. B. V. 192. (23)
Q. D. B. V. 192.

Vg
6214

בבאעו

Q. D. B. V.

SCHEDIASMA HISTORICUM
DE
B. D. LUTHERI
COLLOQUIIS
MENSALIBUS,

Quod
Ex Amplissimæ Facult. Philosoph.
Consensu,

IN ACADEMIA LIPSIENSI,
SUB PRÆSIDIO
DOMINI
L. ADAMI RECHENBERGII,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

Prof. Publici,

Patroni, Præceptoris, ac Fautoris æternum colendi,
H. L. Q. C.

Placidæ Eruditorum Censuræ
d. 29. Decembr. A. O. R. MDC XCIIIX.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

Subjiciet
AUCTOR RESPONSURUS
JOHANNES ERNESTUS *Schubert*
Islebiâ Sax. SS. Theol. Cultor, Magister. Candidat.

LIPSIÆ, Literis FLEISCHERIANIS.

K. 193. Q.

(cat. 3, 725.)



SOELEMANN'S HANDBUCH
VON
B. D. F. T. H. E. R. I.
GOLDFELDEN
M. S. A. L. L. E.
I. A. D. A. M. I. T. E. C. H. E. N. V. E. R. O. I.
P. R. O. F. P. O. L. I. T.
I. A. D. A. M. I. T. E. C. H. E. N. V. E. R. O. I.
P. R. O. F. P. O. L. I. T.
I. A. D. A. M. I. T. E. C. H. E. N. V. E. R. O. I.
P. R. O. F. P. O. L. I. T.





נל"ל

§. I.



Ulm haectenus mos laudabilis obtinuerit, ut, qui studiorum gratia per aliquot annos in Academiis, tanquam bonarum artium officinis commorati sunt, sub abitum Specimen aliquod profectuum suorum edere soleant; nemo, ut puto, mihi impraesentiarum praeter spem abitum paranti, vitio vertet, quod hanc velut tumultuariam Dissertationem conscribere sustinuerim. Animus equidem erat eam majori cum cura elaborare, antequam sub incudem illa revocaretur. Verum cum & hic locum habeat istud Satyrici: (a) *Quod non exspectas, ex transverso fit, & super nos Fortuna negotium curat*; propositum meum mutare coactus fui: quapropter & eò facilius veniam a B. L. me impetraturum esse, confido. Placuit nimirum de COLLOQUIIS MENSALIBUS B. D. LUTHERI nonnulla ex Historia delibare, & pro ingenii modulo ac temporis ratione, paucula quaedam tum circa eorundem Originem, tum & eorum indolem observare & delineare. Antequam vero rem ipsam aggrediar, supplicibus Deum T. O. M. veneror precibus, velit clementer conatui huic meo gratiam adspirare, ut vergat in

A 2

divi-

(a) *Petron. Arbiter, p. m. 92.*

divini sui Nominis gloriam, & studiorum meorum emolumentum.

§. II.

Acturus igitur de *Colloquiis Mensalibus B. D. Lutberi*, ne ἀμεθόδως plane procedam, Dissertationem duobus absolvam *Capitibus*. In *priori capite*, paucis Ortum & consignationem eorundem recensebo; in *posteriori* verò de indole ac auctoritate illorum quædam subnectam.

§. III.

Circa vocabulorum etymologiam, homonymiam, & Synonymiam non opus est, ut sollicitè inquiram. Voces enim has, cuique notas satis & perspectas esse novimus. Ne tamen & hac in parte vulgarem tractandi modum migrasse videar; paucis tantum eas attingam. *Colloquium*, nihil aliud est, quam *sermocinatio in conversatione humanâ* instituta, & derivatur a verbò *colloqui*, quod est à præpositione antiquâ *con* & *loqui* compositum: ad cuius vocis etymologiam Varro (b) allusit: *Is loquitur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit*. Cum autem verbum *colloqui* non tantum de conversatione, qua sermones coram miscentur, sed & de colloquio per epistolas usurpari soleat; (sicuti non solum Romanæ eloquentiæ parens id ipsum passim adhibet, (c) sed & Cornelius (d) *per internuncios colloqui* dicat; nemo non facile videt, nos heïc in utroque significato *colloqui* vocabulum accipere posse. Quo modo & Cicero (e) *in congressum colloquiumque venire*, & *omnium colloquio in solitudine carere*, dixit: Et alibi; (f) *Hoc uno prestamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus*. Quo sensu & de Scriptis colloquia usurpari solent. Hinc non solum

(b) *Libr. V. de Lingua lat.* (c) *Cic. ad Attic.* (d) *Nepos in Alcibiade.* (e) *Cic. Philippic. XII. & ad Att.* (f) *Cic. de Orat.*

solum verba ore prolata, sed & multa schedulis inscripta fuisse, quæ *Colloquiis Mensalibus Lutberi* inserta sunt, infra demonstrabimus. Quod Synonymiam attinet, notum est, *Conversationem, Colloquium, & Collationem doctam*, sæpius unum idemque significare. *Mensalia* à mensa, hoc est, loci circumstantia appellari, quis ignorat? Alio nomine *Colloquia Convivalia, Sermones Convivales, Symposiaca*, & Germanice *Tisch = Reden* dicuntur. De mensæ etymo vide Plutarchum. (g)

§. IV.

Evolutis breviter vocabulis, ad rem ipsam me accingam, consideraturus ante omnia *Colloquiorum* originem, quorum autor *Lutberus* est. Quis & qualis iste vir fuerit, nemo, ut puto, nisi plane hospes in historiis ignorabit. Quis enim virum Theandrum Lutherum non novit? quis opera ejus stupenda non vidit aut legit? Quis divinum Reformationis opus non admiretur? (b) Natus is fuit Islebiæ, quod Comitatus Mansfeldensis Oppidum, mihi que dulce natale solum est, a. 1483. quem nativitatis locum, dum Petrus Bertius (i) describit, miror virum cætera doctum, in hunc Heroem improbe invehi. Sed quo jure id fecerit, mihi impræsentiarum discutere non licet. Cæterum illud sceleratum de incubo figmentum a Papiolis sparsum, ac si ex incubo fuisset natus; quod post Cochlæum & Genebrardum, Monachi & Jesuitæ Germanorum maledici, Gretserus, Serarius, & non ita pridem Carolus Crucius, sive à Creutzen, Borussus, recoxerunt,

A 3

ipse

(g) In *Problemat.* (b) Vide Cochlæi *Acta Luth.* & alios plures, Gretserum, & Genebrardum, &c. in *Vitâ Lutberi*; Citat eosdem Müllerus in *Luth. def.* p. 6. sq. (i) In *Commentar. rerum Germanicar. Libr. II.* qui est *de Urbibus Germania*, p. m. 108. Edit. Amstel.

ipſe Ludovicus Maimburgius Jeſuita (k) pro mendacio agnoſcit, & quosdam ad augendum ei (Luthero) odium, ſine ſpecie veri ſcripſiſſe, nec opus eſſe, in locum Jobannis Lutheri Patris, Diabolum ſubſtituere, & Margareta Lindemanna Matris honorem infamiâ talis genitura contaminare, ſed ut homines alios eundem natum fuiſſe, diſerte aſſerit; ac proinde etiam laudem mereri iſtum, quod a putidis Scriptorum, quos alias ſequitur, calumniis, integrum ſe hac in parte præſtiterit, non immerito illuſtris Seckendorffius judicat. (l) Vita tanti Viri cum a multis deſcripta proſtet, tum poſt D. Müllerum (m) illuſtris Seckendorffius (n) & Dannhauerus (o) eandem copioſe conſignarunt.

§. V.

Ordo hinc poſcit, ut & de ſcriptis ejus memorem. At enim vero cum in magno ac eruditiffimo opere B. Seckendorffius, quod Commentarium de Lutheraniſmo inſcribit, iſtud abunde præſtiterit, hoc etiam labore ſuperſedere poſſumus. (p) Conſtat autem inter omnes, pleraque Lutheri Scripta, eo adhuc vivente, edita fuiſſe; quanquam etiam poſt obitum ejus nonnulla prodiſſe, conſtet. Inter quæ & Colloquia noſtra *Menſalia*, ſeu Sermones. Convivales, de quibus agere conſtitui, referri merentur.

§. VI.

(k) In *Historia Lutheraniſmi*, A. 1680. Paris. Gallice edit. (l) in *Commentar. ſuo Hiſtor. & Apologet. de Lutheraniſmo*, Maimburgio oppoſito, *Libr. I. Sect. 8. §. 11X. p. m. 18.* (m) In *Luthero deſenſo*, & in *Deſenſione Luth. deſ.* (n) Vide Seckendorffii *Comm. de Lutheraniſmo* allegunt. (o) In *Memoria Thaumasiandri Lutheri*. Vide etiam *Mattheſii Conciones de Vita Lutheri*, *Micralii Vitam Lutheri*, & alios. (p) Vid. Seckendorffii *Commentar. de Lutheraniſmo*. in *Indice III. toti Operi ſubjuncto*, in quo omnia Lutheri Scripta, edita & inedita, quorum ultra mille numerantur, ſecundum ſeriem annorum digeſta, collecta reperies.

§. VI.

Nimirum postquam Megalander noster Lutherus admirandum istud & divinum Reformationis opus anno 1517. aggressus esset, totusque quasi mundus contra eundem fremere ac insurgere cœpisset, variis calamitatum procellis agitatus sæpius, inprimis, ut erat hilari ingenio, in mensa cum convictoribus suis collocutus est libere, & sermones varios cum Philippo Melanchthone, Casparo Crucigero, Justo Jona, Paulo Ebero, Vito Dieterico, Jo. Bugenhagio, Joh. Forstero, aliisque amicis & hospitibus instituit, spiritumque, quo gaudebat, liberiori, in illis prodidit; non eo animo, ut sermones isti liberiores & familiares consignari & in publicum edi debeant; sæpius enim protestatus est, uti infra indicabimus. Sed omnes istos sermones convivales & Colloquia Mensalia, quibus vel interfuit, vel quæ ab aliis hausit famulus ejus Aurifaber eorum editor, non tantum consignavit, sed & demum publici juris fecit. Quo jure, quove animo id factum sit, mox patebit. Audiamus ipsum in præfatione, quam *Colloquiis Mensalibus* præmisit anno 1566. Nachdem ich bisanher/ inquit, etliche Tomos von hinterstelligen Büchern/Predigten/Schrißten/und Send-Briefen D. M. Luth. zu Eisleben habe drucken lassen / als habe ich diesen Tomum Colloquiorum, oder Tisch-Reden iezo allhier auch verfertiget / und im Druck ausgehen lassen / welcher anfänglich aus des Ehrwürdigen Herrn M. Antonii Lauterbachs geschriebenen Collectaneis Colloquiorum, so er selbst aus dem heiligen Munde Lutheri auffgezeichnet / ist zusammen getragen / und hernach von mir in gewisse Locos Communes distribuiet / und verfasset / auch aus anderer gottseliger und gelehrter Leute geschriebenen Büchern Colloquiorum, welche

welche D. M. L. Tisch = Gesellen viel Jahr her gewesen /
als des Herrn M. Veit Dietrichs / M. Hieronymi Besol-
di / auch des Pfarrherrn zu Rötzen M. Joh. Schlagin-
hauffens / und M. Joh. Matthesii ; Item aus anderer
mehr Büchern / so mit D. M. L. stets umgegangen / oder
täglich um ihn gewesen / als M. Georg Rörers seligen / zu
mehrern Theil gemehret und gebessert ; Darnach so
hab ich auch aus M. Joh. Stolsii seligen / und M. Jacobi
Webers / Pfarrherrn zu Ordruff geschriebenen Colle-
ctaneis, Colloquiorum viel gutes Dinges genommen /
und in diesen Tomum gesetzt. Und dieweil ich Johan-
nes Aurifaber vor D. M. L. Absterben A. 1545. und 1546.
auch viel um D. M. L. gewesen bin / also habe ich viel her-
liche Historien und Geschicht / auch andere nöthige und
nützliche Dinge / so er über Tische geredet / fleißig aufge-
zeichnet / das ich denn hierinn auch geordnet und ge-
bracht habe. His verbis ipse Editor originem & consi-
gnationem Colloquiorum Mensalium Lutheri satis candi-
de describit. Addit paullo post rationem, cur id fecerit;
Denn dieweil ich / pergit, viel Jahre her einen gros-
sen Hauffen geschriebener Bücher Colloquiorum Lu-
theri bey mir gehabt / so habe ich mit gutem Gewissen die-
sen Schatz der Tisch = Reden Lutheri nicht also können
bey mir länger verborgen seyn / und solch Pfund ver-
graben / und verscharren bleiben / oder irgends nach
meinem Tode umkommen und untergehen lassen / son-
dern ietzt durch den offenen Druck der Christlichen Kir-
chen mittheilen wollen / die sich solcher Lehre bessern / und
sie seliglich / als Brosamlein / so von dem Tische Lutheri
gefallen sind / gebrauchen / und den geistlichen Hunger
und Durst der Seelen damit sättigen und stillen kön-
nen. Denn man solche Tisch = Reden Lutheri von hohen
geist =

geistlichen Sachen ja nicht soll lassen umkommen / sondern sie hoch und werth halten / als daraus man allerley Lehr und Trost haben mag. Utinam vero voluntati Editoris respondisset eventus!

§. VII.

Verum ut clarius de horum Colloquiorum publicatione constet, rem velut ab ovo, ut ajunt, ordiar. Collegerunt scilicet nonnulli, quos nominavit Aurifaber in dicta præfatione viri, varia Lutheri Colloquia, quæ in mensa instituerat, eaque magno studio consignaverant in usum forte privatum. Horum MSCta pervenerant ad Aurifabrum: qui e re fore judicans, colloquia illa consignata in ordinem redegit, ac post obitum Lutheri in publicam lucem emisit. Scilicet, cum veræ Religionis assertor venerabilis Lutherus a. 1546. die 18. Febr. qui dies Concordiæ in fastis erat, in eodem oppido Islebiæ, quo Spiritum hauserat vitalem, animam suam Deo Patri pie commendasset, eamque inter preces & suspiria sancta demum efflasset; omnia, quæ conquiri poterant, ejus Scripta sollicite asservabantur, variæ schedulæ, quarum nonnullæ exhibentur in Append. Colloquior. Mensal. edit. Lips. 1621. evulgatæ, quæ reperiebantur, non solum magna cum cura describebantur; sed & imprimis ab Aurifabro sancte custodiebantur. Quo facto temporis successu omnia revisa, & ab eodem in unum corpus redacta sunt, ac extremo, sub titulo *Colloquiorum Mensalium*, evulgata prodierunt.

§. VIII.

Quot vero & quam variæ eorum hætenus editiones fuerint, non vacat hîc commemorare. Ne tamen incautus forte lector alio Scripto, (de quo paullo infra dicemus) se decipi patiatur, integrum titulum apponere juvat. Prodiit

B

liber

liber iste primum a. 1566. Islebiæ, & recusatus statim 1569. sub titulo *Colloquiorum Lutheri*. Quanquam vero liber iste sæpius postea non solum recusatus, sed & variis additionibus, pro cuiusvis editoris arbitrio, interpolatus fuit; nihilominus tamen præ reliquis laudem merentur illæ, quæ A. 1581. cura B. Selnecceri, Superintendentis olim Lipsiensis & Theologi sui temporis exercitatissimi, prodiit; nec non altera, quæ postmodum a. 1621. Lipsiæ recusa prostat in folio, sub hoc titulo: *Colloquia, oder Christliche nützliche Tisch-Reden / Doctoris Martini Lutheri, von denen Haupt-Artickeln Christlicher Lehre / und andern Christlichen und nützlichen Sachen / welche er in Collationem, am Tisch / und sonst gegen gelehrten Leuten / gegen seinen getreuen Mitgehülffen / auch gegen seinen Tisch-Genossen / fremden Gästen / und andern bekümmerten und angefochtenen Personen geführet / erstlich durch M. Joh. Aurifabrium Vinariensem A. 1566. in Druck gegeben / etc. ietzt auff's neue in richtige Ordnung gebracht / nach denen geschriebenen Tisch-Reden / und nach denen Notationibus etlicher gottseliger Theologen treulich corrigiret / mit mehrern gedencwürdigen Tisch-Reden und Gesprächen D. Lutheri vermehret / und also verfertiget / daß sie von allen Christen nützlich und seliglich zu gebrauchen / und darinne allerley Lehre / Unterricht / Rath / Trost / Weissagung / Vermahnung und Warnung zu finden.* Quid in his editionibus præstitum sit, lectorem edocere poterunt præfationes iisdem præmissæ. Ast non solum Germanico idiomate, quo consignata fuerunt Colloquia ista; sed & Latino; quin imo & Anglicano edita deprehendi, testis est Möllerus, qui versionem istam Londini 1652. in fol. editam in Bibliotheca Regis Daniarum Hafniensi se vidisse asseverat, peculia-

culiaremque dissertationem Rostochii 1693. idcirco de
Scripto Colloquiorum Mensalium Lutheri, Anglico, La-
tino, ac Germanico idiomate edito proposuit. Memorablem plane & singularem Colloquia ista in Anglicanam
linguam vertendi occasionem, quam Henricus Bellus, eo-
rum interpres, capitaneus sub Rege Angliæ Jacobo & Ca-
rolo I. de se ipsò refert, recensere supersedemus. Quæ
utrum veritati sit conformis, dispiciant alii. videsis in-
terim jam allegatam Dissertationem Mölleri, p. 9. seqq.
ubi & examinatum deprehendes Anglicanam istam versio-
nem; & inprimis idcirco merito notatam, quod in multis
discrepet ab editione prima Germanica Islebiensi. Vide
p. 13. seqq. Latinam versionem quod attinet, prodiit illa
Ff. ad Mœnum in 8vo, duobus tomis, quæ & varie aucta,
& a Germanica plane diversa comparet.

§. IX.

In præcedenti §. alium librum, abs Colloquiis Men-
salibus Lutheri diversum plane, publice prostare, memo-
ravi. Opus igitur erit, ut is nominetur: ne forte pro uno
eodemque, duo isti libri habeantur. Titulus istius libri,
qui prodiit Jenæ in folio 1664. est: *Singularia Lutheri, das
ist / alle geistreiche / Heroische und nachdenckliche Reden
und Worte / welche in allen teutschen Schrifften
des hocheleuchteten Mannes und treuen Werkzeuges
Gottes des Herrn Mart. Lutheri zu finden / mit Fleiß
ausgetragen / und in gewisse Loco Communes so wohl
Theoreticos als Practicos, damit man solche zum guten
Unterricht in allerhand vorfallenden Theologischen
Fragen / als auch absonderlich in denen Sonn- und Fest-
täglichem / wie auch insgemein in allen Predigten / so
wohl zu heilsamer Lehre und Unterricht / als auch vor-
nehmlich zu kräftigen Trost und durchdringender*

B 2

Strafe

Straffe derer Unbußfertigen sehr wohl und nützlich ge-
 brauchen könne / ordentlich gefasset von Phil. Salzmann-
 nen / Fürstl. Sächs. Naumburg. Hoff-Predigern und
 Stiffts-Superintendenten zu Zeitz. Monet autor ejus
 in præfatione, quod in eo aphorismos & apophthegmata
 Lutheri ex tomis, quin imo etiam ex Colloquiis ejus
 Mensalibus collegerit; non omnia quidem, sed tantum
 illa, in quibus Lutherus, Lutherus fuerit. Adeoque hunc,
 quem nominavimus librum, abs Colloquiis Mensalibus
 penitus discrepare, quilibet videt: præsertim cum ex ipsis
 Colloquiis nonnulla excerpta in eodem deprehendan-
 tur. Usus hujus libri insignem esse, meritoque laudem
 mereri, non negamus; cum dicente B. D. Hieronymo
 Wellero (9) nemo jure carere queat Scriptis Lutheri,
 qui cum pondere sermones sacros e suggestu habere velit.
 Ac ideo magis librum istum laudandum ac commendan-
 dum esse arbitror, quod plurima Lutheri loca *ὡς ἐν σὺν-
 ᾠψει* sistat descripta.

§. X.

Hæc de Origine Colloquiorum mensalium in com-
 pendio dicta jam sufficient. De *indole* nunc illorum di-
 cendum venit, quam si æstimare velimus, partim *materia*,
 partim *forma & stylus* expendi debent.

§. XI.

Quod *materiam* attinet, illa, ut in colloquiis fieri a-
 mat, varia est: Ordinis tamen causa, illa in *theologicam*,
politicam, *literariam* & *œconomicam* dispesci potest.

§. XII.

Ad *theologicam* juxta Joh. Aurifabri digestionem,
 prio-

(9.) In der Vermahnung an alle junge Prediger ait: Wer
 nicht zeitlich anfähet den Lutherum zu imitiren / der kan kein
 gewaltiger Prediger werden / ob er gleich sonst gelehrt ist; das
 ist gewißlich wahr.

priora triginta quinque capita imprimis referas. In his enim non tantum de principio Religionis, sed & ejusdem præcipuis capitibus differit, multaque utilia cum ad exegeticam, tum theticam, polemicam, & moralem Theologiam pertinentia in medium adfert, de quibus hic dicere, nimis prolixum foret.

§. XIII.

Politica cap. 38. 39. 40. tractat: e. gr. quod rectores civitatum & Principes a Deo constituti sint; ut, qui in civilem societatem coiverunt, regantur, ordoque & honestas constet. Qua occasione de officio imperantium, ministrorum & civium Christianorum egregia monita inspergit, quæ si observarentur, respublicæ Christianorum feliciores essent. Imperantibus Proverbia Salomonis, quæ præceptis & consiliis politicis plena sunt, cap. 38. commendat. Addit etiam, quod Deus Reges & Principes instar chartarum lusoriarum habeat, eosque sæpe præter opinionem & spem, ut pueri chartas, abjiciat, juxta illud S. Mariæ canticum: *deposuit potentes &c.* Unde *Psalmum II.* ad tyrannos pertinere ait. Germaniam deinde, a copia omnium rerum in vita necessariarum, commendat, eamque nulla re magis indigere, quam prudentia rectorum, qui & rebus recte uti, & populum bene regere sciant. Unde & luxum in Germania invalescentem reprehendit, & imminentes illi calamitates prænuntiat. De aulica vita etiam cum Melanchthone judicat. Nam Melanchthon aliquando Luthero dixerat: *Quod Aulica vita similis sit libris Tragædiarum, qui foris ornati essent auro & purpura; intus autem pleni essent miseriis:* ad hæc Lutherus respondebat: *Noch will iederman gerne an Höffen seyn / sie wollen daselbst alle reich / gewaltig und groß werden / und manchen glückt es: Denn in magno magni capiun-*

tur Flumine pisces. v. cap. 39. Colloqv. Serijs monitis interdum lepidas historias & apophthegmata inspergit: ut, quod Maximilianus I. imperator, quem laudat, aliquando rogatus, quid sibi de statu publico videretur? subridendo responderit: *Gott hat beyde Regiment wohl bestellet/das geistliche mit einem Scheiß-Pfaffen/* quo indignavit Julium II. Pontificem Romanum; *Darnach das weltliche mit einem Genssensteiger/* quo suum venandi studium confessus est. Hinc laudat Friderici Sapientis Symbolum: *Tantum, quantum possum,* esse rhythmum prudentis Principis considerantis vires suas: Multa de Principibus Saxoniae & aliis illius temporis memorabilia recitat, quae legi merentur. Egregia etiam huc spectat sententia Lutheri, quae *cap. 40.* legitur: *Wir wollen alle gerne concordiam haben/ aber das medium concordiae sucht niemand/ welches wäre mutua charitas. So suchen wir auch alle Reichthum: Aber das rechte medium reich zu werden/ nehmlich durch Gottes Segen/ das sucht niemand! So wollen wir auch alle selig werden/ aber das medium, dadurch wir selig werden/ als den Mediatorem Christum, das will alle Welt nicht haben.*

§. XIV.

Ad rem litterariam pertinent Lutheri Colloquia de Academiis, Studiis, & Scholis, quarum utilitatem *cap. 37.* commendat; quod inde Ecclesiae & Reipublicae viri utiles prodeant. Georgius Sabinus in libr. 13. *Metamorphos. Ovidii*, memorat, Lutherum dicere solitum, Equites, licet contemnerent praese literatos; tamen agnoscere, studium equestre, esse inferius studio literarum: ideoque abjectis caudis equinis, quas olim gessissent, nunc imposuisse sibi pennas, & habere in vertice capitis, tanquam trophaeum a literatis positum. Nam ipse pennas, artificium scri-

scribendi interpretatur. Linguarum inde & artium liberalium studium commendat. Scientias superiores, quas vocant Facultates, Theologiam, Jurisprudentiam, & Medicinam inter se contendit; sed ita, ut Theologiam his præferat. Jura, cum moralia esse dixisset, subdit: **Drum ist der Kaysers ein moralis Philosophus.** Cum Lutherus cum Hieron. Wellero de Theologorum & Ictorum pietate disputaret, dixit: **Fromm seyn gehöret eigentlich zu den Theologen / nicht den Juristen / wie jetzt die Welt ist; wiewohl sie auch billich für andern sollen fromm seyn.** Item: **Ein Jurist ist ein Balken-träger / ein Theologus ein Splitter-träger / ꝛ. Ein Jurist / wenn er nicht illuminatus ist doctrina Christiana, ein Medicus, wenn er nicht instructus ist doctrina Christiana, dergleichen auch ein Poet / so heist es denn recht: Ein Jurist / ein böser Christ: item: die Gelehrten / die Berkehrten.** Et cap. 39. **Weltlich oder Keyserlich Recht ist anders nichts / denn was menschliche Vernunft aus dem natürlichen Gesetz spinnet / schleust / und ordnet. Das geistliche Recht aber ist nichts anders / denn was der Pabst will und träumet. ꝛ. item: Gratianus, so das Decret zusammen gelesen / ist ein Esel gewesen / der nichts verstanden hat / da er das Decretum geschrieben.** **Ben den Juristen bleiben die Canones in ihrem Ansehen / aber bey uns ist kein Bachant, er will die Schrift meistern.** **Die Juristen haben ihre Practicken / darum bestehen sie auch fest: Uns Theologen fehlets / darum stehts auch also mit uns zu.** **Die Juristen müssen an die Practica, und ihr Ding in Übung bringen / sonst könten sie nicht fort; wenn wir unsere Theologiam practicirten / und erführen in Verfolgung und Anfechtung / so könten wirs auch recht.** pag. 511. fac. 2. **Ich will den Juristen keinem**

keinen Schaden thun / will allein den Catechismum neh-
 men / damit unter sie schlagen / und ihnen so bange ma-
 chen / daß sie nicht sollen wissen / wo sie bleiben mit ihren
 Rechten / und will das Evangelium nicht anrühren /
 sondern auff den Stich behalten. pag. 512. Es gehöret
 zu einem Juristen ein frommer Mann / der fleißig bete /
 und sage: Lieber GOTT / ich soll das Recht sprechen /
 hilff / daß ich nicht fehle / noch jemand zu nahe sey. 2c. De
 Aristotelis Philosophia naturali non præclare sensit: Ari-
 stoteles ist der besten Lehrer einer in Philosophia morali,
 wie man sein züchtig eufferlich Leben führen soll: in na-
 turali Philosophia taug er nichts. Fol. tamen 471. Cice-
 ron's libros de officiis, Aristotelis Ethicæ præfert. De e-
 ruditione Philippi Melanchthonis, Erasmi, & sua a. 1536. d.
 1. Augusti in mensa scripserat: *Res & Verba Philippus, ver-
 ba sine re Erasmus, res sine Verbis Lutherus.* Philippum e-
 nim, ut citato capite legitur, magni æstimavit: *qui Phi-
 lippum ait, non agnoscit Præceptorem,* der muß ein rechter
 Esel und Bachant seyn / den der Dünckel gebissen hat.
*Quicquid scimus in artibus, & in vera Philosophia, illud de-
 bemus Philippo.* Unde Locos Communes Theologicos
 Philippi extollit: *In hoc libro, inquit, Philippus docet, pug-
 nat, triumphat.* Cum de defectu historicorum in primis
 Germanorum quæreretur, Lutherus reponebat: *Ja wer
 wolte Historien schreiben / und die Wahrheit schreiben?*

§. XV.

Plures egregias gnomas & judicia de variis rebus
 Megalandri Lutheri excerpere, & certis locis digerere
 possem, si instituti mei ratio ferret. Sed speciminis loco,
 quæ jam in medium allata sunt, lectorem edocere pote-
 runt, quanta eruditione & judicandi facultate extempora-
 nea ipse excelluerit.

§. XVI.

§. XVI.

Ceterum *forma & stylus*, pro familiari colloquendi consuetudine, non multum ab aliorum eruditorum privata differendi ratione differt; nisi quod interdum *παρρησία* & hilarius ingenium prodat, quo vir tot aliis singularibus animi dotibus a Deo præditus pollebat. Quare rectius colloquiorum istorum collectores fecissent, si graviores ejus sententias a lepidis, quæ ipsi forte remissionum tempore, in mensa cum jucundis amicis confabulanti, excidere non conjecissent in chartas, & postea typis mandassent publicis: ac adeo sycophantarum turbæ, cui tantopere exosus est Lutherus, calumniandi ansam præbuisent.

§. XVII.

Ipse vir divinus id prævidisse videtur, quando adversus publicationem eorum, quæ tumultuarie aut non satis præmeditate vel dixerit, vel scripserit, protestatur. Ita enim verba ejus habent: (r.) *Has cogitationes meas, cum resurrexisssem a mortuis, & domum reversus essem bis diebus, inveni raptas sub incidem typographi, & aliquanta parte excusas. Effuderam autem eas, amici cujusdam gratia, sub prandis & cœnis; non ut in publicum ederentur: sed ut ille haberet, quo sese exerceret aliquo exemplo tractandi & docendi verbi. Nunc etsi ego frustra indignor & irascar, esse in publicum raptas; cogor etiam aliorum amicorum urgentibus precibus, præfatione ornare; cum tamen nihil habeam, quod dicere possim, nisi quod negare non audeo, mea esse & cogitata & verba. Verum si justo tempore & loco licuisset, saltem paulo uberiora & pleniora potuisssem vulgare. Si quibus igitur ista jejuna & egena fragmenta placent, placeant sane, me vel invito & favere coactò. Rogo tamen per Christum pios meos fures, (scio enim id eos facere candi-*

C do

(r) Vide verba ista, *Colloquiis mensalibus* Lutb. edit. Lips. 1621, præfixa.

do & sincero animo,) ne faciles sint ad edendum, neque me vivo, neque mortuo; si quid vel per insidias me vivo furati fuerint mearum cogitationum, vel me mortuo habuerint jam antea sibi communicatum: quando enim sustinere cogor personam talem ac tantam, praesertim tali tempore, necesse est me dies & noctes astuare, & abundare cogitationibus mirabilibus, quas memoria imbecillitas (infinite enim sunt,) cogit in chartam duobus aut tribus verbis signare, velut rude chaos, aliquando si opus esset, formandum. Has autem furto aliquo vel dono ablatas, edere, certe ingrati & inhumani ingenii esset. Sunt in eis, ut sumus homines, quae humana, imo & carnem sapiunt, dum enim soli sumus & disputamus, saepius etiam irascimur. Deus videt nostras istas egregias sapientias, quibus coram eo gesticulamur, credo, quod & delectetur istis suis morionibus, eum regere docentibus: id quod ego non raro feci, & adhuc facio saepe. sed si in publicum proderentur, nae ego fabula pulcherrima fierem omnium fabularum totius mundi: non quod impia & mala sint, quae sic ardens cogito; sed quod praenimia sapientia stulta sunt, etiam me ipso iudice post refrigeratum calorem inventionis; qualia sunt multa, quae in principio causa mea fervens scripsi.

§. XIX.

Nimirum colloquiorum familiarium eadem est ratio, quam epistolarum familiarium, quae typis, invito auctore, evulgari non debent. Quia dum amici per literas de rebus domesticis aut privatis negotiis colloquuntur, aut etiam quandoque familiariter jocantur, aut de aliorum moribus, gestis, liberius sentiunt; illa non aliis propalari volunt. Qui ergo talia evulgant, contra jura familiaritatis, imo humanitatis seu christianae charitatis peccant. In privatis enim colloquiis & literis amicorum cordatorum, libere quae sentis, eloqui licet. Sed nisi rara temporum felicitas sit, id publice facere, non aequale licitum est.

est. Recte *Rolandus Maresius*, (cujus *Epistolas Philologicas* Dn. Præses, Patronus ac Præceptor meus devote colendus, Lips. & Francof. recudi curavit;) Gallus acutissimus *Epist. 1. ad Jo. Capellanum*, hac in parte sentit: De rebus domesticis literas scribere, easque postea in lucem edere, id mihi ineptum & putidum videtur: quales *αφελῶς* scribi oportere Marcus Imperator in suis libris ex Rustico sedidicisse commemorat: *Quis enim, ait Seneca, accuratas literas scribit, nisi vult putide loqui? joculari, ut materia suppetit, non semper libet.*

§. XIX.

Hac de causa de *Colloquiis Lutberi mensalibus* cum grano salis judicandum venit. Quædam in iis seria, quædam jocosa sunt: Illa nullus lector æquus & religiosus improbet; hæc ex circumstantiis colloquii ex judicio charitatis interpretanda sunt: præsertim cum ipse illa nunquam pro suis vendidarit, aut agnoverit, ut §. XVII. ostendimus.

§. XX.

Atque inde summa injuria est, quando ex his Pontificii Scriptores Lutberi genium, mores & doctrinam sugillare ac perstringere audent. Quis enim tam iniquus erit, ut hanc licentiam judicandi adprobet. Rectius B. Hutterus sentit: (s) *Lutberi inquit, liber Sermonum Convivialium talis est, qui ipsi nunquam vel visus, vel lectus, nedum approbatus, sed post obitum demum ipsius satis & tumultuarie, & sine judicio ac circumspectione debita a diversis compilatus est, qui forte mentem Lutberi non semper satis sunt affecuti. Haud proinde libri hujus autoritate standum fuerit, in decidendis questionibus, sive casibus dubiis & controversis nisi in reliquis suis Scriptis sive Elenchticis sive Didacticis idem Lutherus eandem sententiam teneat ac defendat. Ut taceamus alios, qui idem sentiunt, quam-*

C 2

pluri-

(s) In LL. CC. Theolog. p. m. 634.

plurimos. Audire juvat acutissimum Argentoratensium quondam Theologum B. Dannhauerum, qui in Dialogo (t) *missum fecisses*, inquit, *illum Sycophantiarum eliciendarum uberrimam penum Συμποσιακῶν stolide descriptorum, cavillatione expositorum, a Lutbero ipso nunquam agnitorum: Legisses oculis non occupatis sine præjudicio ipsos Lutberi, & quidem posteriores, aque prava caligine, quæ primum ad-buc hæsit Monacho, defecatiore Commentarios, fortassis nisi totum te calumniæ manciparis, rectius judicares. Ego sane in sola Psalmorum Davidicorum explicatione a Lutbero adornata plus succi, nervi, spiritûs, quam in decem superstitionis Drexeliis, in centum Aquinatibus aridis, sexcentis Scottis jejunis deprehendo. Non mea unius est crisis, sed & eadem Erasmi, dicentis Pontificiis legatis A. D. 1520. Colonia: Lutberus tantus est, ut plus erudiar & proficiam ex lectione unius pagellæ Lutberi, quam ex toto Thoma.*

§. XXI.

Lutherus sane hanc æquitatem ipse poscit, ac se Augustini exemplo tuetur. Ita enim scribit: (u) *In S. Augustini Büchern findet man viel Sprüche / welche Fleisch und Blut geredet haben; und ich muß auch von mir bekennen / daß ich viel Worte rede / welches nicht Gottes Worte sind / wenn ich rede außershalb dem Predigamt / daheim über Tische / oder sonst.*

§. XXII.

Faceffant ergo Lojolitæ, qui Lutheri vitam & doctrinam ex Sermonibus convivalibus judicare, & calumniari adeo proterve audent; cum doctrinam ejus divinam tot aliis libris assertam convellere nequeant. Iniquum sane est, publici Doctoris mentem ex tumultuariis sententiis, in collo-

(t) *In Libro conscientie aperto, seu Theolog. conscientiar. Tom. I. p. 564. (u) in der Hauß-Postill Dom. Jubilate, p. 267. a. Citat hæc Verba ex alia edit. Postill. Dom. P. 2. scil. fol. 346. B. Gerhardus in Commentar. in II. Ep. Petri, p. m. 272.*

colloquiis forte allatis, nec satis perceptis, aut ab autore ipso adprobatis, judicare velle. Lutherus, quæ pro suis placitis agnoscit, abunde aliis libris testatus est variis.

§. XXIII.

Ægre ipsi Pontificii ferunt, si quæ de Pontificum Romanorum, Episcoporum, & aliorum s. ordinis hominum sermonibus aut dictis parum Christianis passim memorant historici, illis exprobrantur. Cur ergo Lutherum reprehendunt, si forte aliquando inter familiares amicos, liberius paullo de hac vel illa re locutus sit? Nemo sane unquam ex illo, vel tam turpes voces audivit, vel in Colloquiis ejus consarcinatis legit, quales in Pontificum & Episcoporum Romanensium vitis aut scriptis leguntur. Ex multis, unicum Pii II. Papæ, cum adhuc Æneas Sylvius vocaretur, responsum, quo penes patrem suum stuprum virginis excusavit, allegabo: *Nescio ait Epist. XV. quam de me tibi sinxeris opinionem, pater. Non ego castratus sum, neque ex frigidorum numero; nec tu lapideum aut ferreum genuisti, cum ipse esses carneus, & scis, qualis tu Gallus fueris.* Incidi jam in *Jo. Lascharis Epigrammat. p. 125. in summum Pontificem Leonem*, quo sedente, Lutherus divinum Reformationis opus exorsus est:

*Corrupere probos, vetus est sententia, mores
Improba colloquia, & prava sodalitia.
Pontificum summus, pietas quem prisca, fidesque,
Quem mite a pueris ingenium extulerat.
Præbet ubi infaustis aures, indulsit iniquis
Arma, gregis pastor, queis minuebat oves.
Ergo ubi se lapsus & facinus procedere sensit,
Languet, & ingeminans, heu quid ago? interiit.*

An Johannes de la Casa, archiepiscopi Beneventini scelus, quod Sodomiam laudavit, quisquam sane mentis excusa-

cusabit? (x) Plures aliorum clericorum improbos sermones ac obscœnas voces hic commemorare nolo, ne illas narrando, pias ac innocentes aures ac animas offendam. (y)

§. XXIV.

Similes hac in parte illi sycophantæ sunt araneis, quæ ex floribus, hoc est, egregiis Lutheri sententiis, quibus etiam Colloquia ejus abundant, venenum sugunt, unde apes, hoc est bonæ mentis studiosi, mel salutaris doctrinæ conficere solent. Sed plura hic pro nostri Lutheri innocentia congerere jam properanti non vacat. (z)

Deus nobis verbum suum, & quæ illi consonat, Lutheri doctrinam, ad illum usque diem servet, qui hoc universum hauriet!

D. S. G.

(x) Tractatus iste Joh. de la Casa, Venet. ap. Trojan. Næbum impressus est.
(y) Vide plura in Dieter. Commentar. in Sap. t. 1. f. 347. seqq. & in Ecclesiast. & alios plures, v. g. Marcum Marullum, &c. quos citat Ernesti in Apanthismat. L. III. Cap. XX. p. 629. (z) Vide interim Gerhardum in Conf. Cathol. T. 1. p. 938. & imprimis in Dispp. Theolog. a pag. 1210. ad 1222. ubi spurcitiem, calumnias contra Magistratum, contrarietates, & scurrilitatem omnem a colloquiis Mensalibus Lutheri longe abesse, nervose & aperte demonstrat.

COROLLARIORUM HEPTA S.

I.

Recte Martialis: *Innocuos censura potest permittere lusus.*

II.

Bene Cicero duplex jocandi genus distinguit: *Unum* illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum; *alterum* elegans, urbanum, ingeniosum & facetum.

III.

Prius illud genus Paulus *Ephes. V, 4.* improbat.

IV. Prius

IV.

Sales urbani, gravitati morum non repugnant.

V.

Colloquia convivalia ejusmodi Salibus condire licet.

VI.

Ipsium genus jocandi, monente *Cicerone I. Officior.* non profusum, nec immodestum, sed ingenuum & facetum esse debet.

VII.


Scurræ, toti ludicri, inter Christianos ferri non debent.

S. D. G.

* * *
Ad Disputationis Autorem eruditissimum, & Magisterii Candidatum dignissimum.

Q Vos Tibi propediem *Sophie* concedet honores,
Egregio Scripto Te meruisse probas.
Gratulor hoc Specimen; Numen veneratus, ut olim
Largiri studiis munera digna velit!

L. JOHANNES SCHMIDIUS, P. P.
& Academiae tertium Rector.



Viro-Juveni

eximio,

JO. ERNESTO EBERHARDO,
B. A. & Magist. Candid.

S. P. D.

ADAMUS RECHENBERG.

Nipse memineris, cum ante hos quatuor dies,
Schediasma tuum prelo jam paratum mihi
legendum traderes primum, me parvam tem-
poris moram requisivisse; ut argumento,
quod

19. 6214 4A

quod tractas, haut sterili addi quædam, aut illi cum judicio infarciri possent. Quia ut noveris, eruditi ferre non possunt illam, quæ apud multos invaluit, consuetudinem, ut argumento, de quo scribere in animo habent, non introrsus inspecto, sed obiter considerato, nec prius omni materia ad id pertractandum comparata, statim ad opus se accingant; nil quidquam pensi habentes, quid scribant, aut quo loco scribant, vel quid alii de eo sensuri sint. Enimvero cum præter spem & opinionem, Te in hoc argumento occupatum, ex nostra Academia, nec fâmen sine qualiscunque industriæ publico testimonio hinc discedere velle, intelligerem; tuam, *mi Eberbarde*, hanc festinatam operam excusatione apud eruditos dignam censui. Præsertim cum de industria tua ac eruditione laudabili, mihi & aliis, ex publico examine, quod subiisti, jam constaret; nec etiam dubitarem, Te, nisi tempore exclusus fuisses, in hoc elaborando argumento majorem ingenii ac industriæ vim ostendere potuisse, quam, quæ in tumultuaria hac forte opera adparet. Præstat interim aliquid laudabiliter audere, quam delitescere ac omnem ingenii virtutem occultare. Deus, cujus ductum sequeris, conatum hunc & industriam tuam in bonarum literarum studio prosperet porro, atque provehat; ut aliquando fructus ejusdem feras uberrimos. Deproperab. Lipsiæ d. XXVII. Decembr. Anno M DC XCIIX.

ADAMUS REICHERTBERG

1079

m



judi-
e non
nem,
on in-
omni
opus
d scri-
ensuri
Te in
aec fa-
o hinc
, hanc
ignam
itione
i subi-
si tem-
to ma-
quam,
ræstat
ere ac
uctum
narum
at ; ut
pro-

Pou Vz 6214, Ok

ULB Halle

3

004 072 227





ex. 192. (23)
QK 192

SCHEDI

B.
COI
ME

Ex Amp

IN AC

L. ADAM

Patroni, Pra


d. 29

JOHANN

Islebiâ Sax.

LIPS.

K. 193. Q.



Vg
6214

CUM

UIS

S,

soph.

SI,

RGII,

colendi,

BIBLIOTHECA
CONICKAVIANA

berhard/

dat.

(cat. 3,725.)

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

